


1223.

Ut Rex Henricus VII. Fratres
Hospitalis Theutonici.

1223.

Heinricus septimus divina favente gratia Romanorum Rex semper Augustus in perpetuum. Regie serenitatis interest maxime personas illas et earum possessiones conservari, quibus pre ceteris noverint Domino devoticius famulari, ea propter constare volumus universis, quod Marquardus dapifer de Anewilre et filius ejusdem Theodericus infeodati fuerant ab avo et Domino nostro Heinrico Imperatore et patrono nostro Philippo felicis memorie beneficio quodam in Sassenheim et in Luttershusen circa Bertraziam sito, apud easdem autem villas fratres Schonaugienses cisterciensis ordinis Wormatiensis Dyocesis ecclesiam Marpach dictam cum vineis et agris attinentibus possidere noscuntur, de quibus utpote libera proprietate semper habitis, nulli aliquando vel exactionem aliquam vel pensionem advocaticiam exhibuerunt, nec exhibere debuerunt. Verum quia id etiam nobis legitimis tam ipsorum quam vicinorum assercionibus constitit evidencius, volentes eisdem fratribus tam illa quam alia quecunque a progenitoribus nostris habita confovere pariter et ampliare. Mandamus atque sub obtentu gratie nostre districte precipimus omnibus ad quos idem beneficium devolutum fuerit, ne ipsi occasione aliqua fratres predictos in ecclia Marpach prenotata, de possessionibus attinentibus per exactionem vel jus advocaticium ibi requirendum inquietare presumat, verum tam hic quam alibi quietam et tranquillitate in suis habita communibus quoque civicum pascuis, aquis, pratis, silvis ac ceteris communitatibus sicut habentes extiterunt, sic et amodo magis participes existant. Quod si quis huic nostro mandato contraire et predictorum fratrum

Anwilr

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Staatliche Archive Bayerns / Bayerisches Hauptstaatsarchiv
http://archivum-laureshamense-digital.de/view/bhsa_ru_1485/0001